



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Sermones prestantissimi viri Roberti de Latio: ordinis
Minoru[m] sacre theologie professoris: pontificis
Aquinatis**

Caracciolo, Roberto

Lugd., Anno d[omi]ni. M.ccccxiiij. vi. no. Maij.

Feria s[e]c[und]a: de qualitate co[n]ditionibus seu regula bono[rum]
operu[m]. Sermo. ij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70607](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70607)

Feria. II. in septuagesima.

in celis: vilescunt animo oia que habentur in terris. Terrena namque substantia superne felicitati comparata pondus est non subsidium temporalis vite eterne vite comparata mors est potius dicenda quam vita. Ipse enim quotidianus defectus corruptionis quod est aliud quam quedam pleritas mortis. Que autem lingua dicere vel quod intellectus capere sufficit illa superne civitatis quanta sint gaudia angelorum choris interesse cuius beatissimis spiritibus glorie conditoris assistere presentem dei vultum cerne: miraculose scriptum lumen videre: nullo mortis metu affici: in corruptionis perpetue munere letari. hec ille. O vere bonum desiderabile: bonum amabile: bonum quietum: bonum perfectum: bonum ab omni malo separatum quod deus piissimus parat laborantibus pro suo amore. O bonum indeficiens: bonum excedens quecumque temporalia comoda: et quelibet huius seculi blandimenta: quod negligentes peccatores et miseri pro momentanea huius temporis brevissima prosperitate amittunt. Quid dici potest magis ingratum quam dei iugum refugere ad quod sequitur tanta copiosa merces. O surdus stultus: et tardus corde ad credendum non sit vobis difficile operari bonum: non vos terreat actus virtutum. Estote fortes: estote constantes ad benefaciendum et audite vocem benigni iesu clamantis in euangelio Mat. v. c. Merces vestra copiosa est in celis. Ad quam nos producat ipse filius dei: qui cum patre et spiritu sancto vivit et regnat per eterna seculorum secula. Amen.

Feria. ij. post dominicam in septuagesima de qualitate conditionis: seu regula bonorum operum: quibus peccatores sanctes quod eos oporteat facere ad penitentiam amantur.

Sermo. ij.



Multi sunt vocati: pauci vero electi. Ieruz. ubi. d. Existimavi necessarium esse his qui volunt benefacere scire qualiter habeant in bonis operibus regulari: quoniam dubia et perplexitates

que super id possent oriri: faciunt quibus ignorantibus via domini et salutis propitiae: a se pro proposito bono deficere. Quare in presenti sermone de conditionibus bonorum operum dicere statui ut sic nullus excusare se possit dum nescire quid sibi esset agendum. Declarabimus itaque quod operari bene volentibus expediat nos scire: ut ex hoc magis excitemur vniuersique ad opera virtutis amplectenda: quoniam ad illa vocat deus peccatores: qui nisi non uerint illorum ordinem de electorum numero esse minime possunt. Fecit ergo ad tria consideranda de bonorum operum necessitate et qualitate sermo est extendendus.

Primum dicitur extrinseca operatio.

Secundum exemplaris imitatio.

Tertium charitativa informatio.

Ad bonum operandum cum facultas adest necessarius est actus extrinsecus: nec sufficit intentio sola.

Caplin. s.



Primo considerandum circa regulam necessariam bonorum operum dicitur extrinseca operatio. Pro cuius declaratione quoniam. An bene operandum necessarium sit actus extrinsecus. Et videtur quod non. et quod sola intentio bene operandi sufficit ad salutem. Probatur per scripturam dicta. Inquit enim Gregorius in homel. Nunc vacua est manus a munere cuius arca cordis repleta fuerit bona voluntate. Et Bernardus de hoc ait. Intentio sufficit ad meritum: bona actio requiritur ad exemplum. Et glossa super illud psalmi. xxxi. Dixi confitebor aduersum me. votum pro operatione iudicatur. Et Augustinus. xii. q. v. c. si quid. Deus interrogat cor non manum. Et Iob. Lij. so. xxi. q. v. c. qui periurare. Deus non ex operibus iudicat sed ex cogitationibus et ex corde. et de penitentia. di. s. c. si cui. s. seq. Voluntas remuneratur non opus. Et xv. q. vi. c. si a sacerdotibus. Magis inspector cordis est deus quam operis. Et voluntas pro facto reputatur: sicut patet in. c. homicidiorum. in. c. omnis. in. c. nunquid. et. c. noli. in. c. homicidium. et in. c. si propter ea. de penitentia. di. s. vii. et similibus. quod

tonitatibus quidam inherentes dicunt non esse homini expedire ut laboret in actibus extrinsecis bonorum operum: sed sufficit habere cor bonum et mentem bonam dispositam. Sed in contrarium induci possunt alia dicta scripturarum. Aut enim Iaco. ii. Fides sine operibus mortua est. Et Amb. in li. de officiis. Non satis est bene velle nisi studeat etiam benefacere: nec satis est iterum benefacere nisi id ex fonte bono procedat. hoc est ex bona voluntate proficitur: que verba notant. lxxxvij. di. in. c. non satis. Et Paulus ad Gal. vi. Dum tempus habemus operemur bonum. Et Apoca. xxiij. inducitur deus iudex omnium dicitur. Ecce venio cito et merces mea mecum est reddere unicuique secundum opera sua. Et Apoc. xxiij. dicitur de bonis. Opera enim illorum sequuntur illos. et Mat. xvij. reddet unicuique secundum opera eius. Et quibus omnibus colligitur quod astringunt omnes salutem volentes acquirere non solum ad bene volendum intrinsecus: sed etiam ad bene operandum extrinsecus. Insup. presens euangelium explicat manifeste quod operari tamen dominus mercedem tribuendam designat. Pro huius questionis solutione notanda est sententia do. Boni. di. x. ar. s. q. iij. scilicet. ubi ait: quod volens operari bonum aut potest in actu extrinsecus: aut non potest. Si non potest voluntas reputatur pro facto: et intentio bona sufficit ad eius meritum: quod ut dicitur. ff. de reg. iur. l. impossibilius. Ad impossibile nemo tenetur: et hoc attestatur Grego. in homel. supra Mat. Estimatione regnum dei non habet tantum valet quantum habes: et quantum potes. Si deus dicit se velle operari bonum et potes illud non operari credens proficere decipit seipsum quod talis voluntas semiplena est et pigra nec rationem virtutis habet nisi ducatur ad opus. Quod sunt tali errore delusi qui cum admonentur ut benefaciant respondere solent: sufficit nobis intentio nostra sicut dicit usurarius volens usuram restituere: et non restituens sufficit mihi intentio mea: scio quod bonas habeo voluntatem: et tamen illam non exequitur

in re. Sic faciunt adulteri: sic fornicatores: sic et alii peccatores quod plurimi. Quod miserabilis errorem quo fit ut insensati et stupidi suas infirmitates sanare non curant.

Quod volentes bene operari debent sequi christum in generali. scilicet. quo ad observantiam divinarum preceptorum ex debito et consilio de consilio. Caplm. ij. Secundum considerandum circa regulam necessariam et quietam bonorum operum dicitur exemplaris imitatio. Ubi dubium non immerito declarandum occurrit. Utrum. scilicet. necessarium sit volenti bene facere sequi christum in operibus bonis ea faciendo que ipse fecit. Et pro vna parte probo quod sic per dicta scripturarum. Inquit enim Petrus. s. cano. ij. c. Christus passus est pro nobis: vobis relinquens exemplum ut sequamini vestigia eius. et Job. s. can. ij. c. Qui dicit se in christo manere debet: quod ille ambulavit et ipse ambulare. et Aug. in li. de doctrina christi. Et sacramento unctionis christianorum omnium vocabulum descendit et nomen quod nomen ille frustra sortitur qui christum minime imitatur. et Grego. in homel. Qui vestigia christi dedignantur sequi qua temeritate sperant ad eius claritatis gaudia consequenda pervenire. et in. c. cum venisset. et de sacra unctione. A christo christiani non dicuntur: tanquam uncti deriverentur ab unctione ut omnes currant in odorem vnguenti illius: cuius nomen oleum est effusum. et Job. viij. christus ipse dicebat. Ego sum lux mundi: qui sequitur me non ambulat in tenebris: sed habebit lumen vite. et Job. xij. Exemplum enim dedit vobis ut quemadmodum ego feci ita et vos faciatis. Ergo per autoritates predictas concludere possumus homines de necessitate teneri ad servanda opera christi: et sic cum christus fuerit pauper et multi sint divites: christus virginitatem servaverit: multi sint coniugati: christus per noctes oraverit: multi in suis lectulis dormiant: christus sine calciamentis inceserit: multi calciamenta de-

Feria. II. in septuagesima.

ferant: christus passus fuerit & mortuus
in cruce violēta morte atq; terribili ab
oibus derelictus: multi mouant morte
naturali inter manus & amplexus cha-
roz. Ergo tales & omnes alij qui vitas
suas aliter ducunt q̄ christus salui esse
non possunt. Et ex consequenti sequer-
etur q̄ damnabitur totus mundus: &
q̄ nec sancti essent in paradiso: q; nec
ipsi fecerunt que fecit christus. Nō fuit
ad columnam flagellatus Paulus vt
christus. Non spinis coronatus Petrus.
Nō clavis cōfixus Paulus primus hes-
remita. Non nudus pendens in cruce
inter duos latrones magnus Antonius.
Nō felle & aceto potatus Hieronymus.
Nō derisus a transeuntibus Aug. Igitur
cum ipsi & alij aliū modum in suis
operibus aliamq; regulam tenuerint
q̄ christus: nō sunt beatitudinem asse-
cuti si auctoritates in hāc partem indu-
cte aliter sanius nō exponant & intelli-
gātur. Pro altera parte arguere possu-
mus q̄ nō sit necessarium ad salutem
sequi christum iesum: nec teneamur ope-
ra eius facere. & arguo sic. Unusquisq;
tantum operari bonum meritoriuū pōt
quātum cōdicatur ei gratia: sed nulli cō-
municatur tanta gratia quanta cōmu-
nicata fuit anime xp̄i: ergo nullus tene-
tur imitari christum: q; illud impossibi-
le esset. Ad solutionem huius difficultatis
induco dñm Bosñ. di. in apologia
pauperū: q̄ in christo contingit reperi-
re triplices actus. Primi respiciunt di-
gnitatem excellentie. Secundi conde-
scensiones misericordie. Tertij informa-
tionem vite perfecte. Primi actus respi-
ciunt dignitatem excellentie: vt illi in
quibus apparet sua potentia: sicut ope-
ra miraculosa: vel sapientia sicut reue-
latio secretorū cordis: vel seueritas iudi-
cij: sicut enicere vendentes & emētes de
templo dura increpatione arguere pō-
tiffices: vel auctoritas officij: sicut sacra-
mentum conficere: & manus imponere
ac relaxare peccata: que omnia christo
conueniunt: q; ipse erat deus omnipo-

tēs: erat homo: & ex gratia vniōis oīs
sciēs: erat iudeus: & erat sacerdos. In hu-
iusmodi operibus velle sequi christum
fatuum esset & temerarium: nisi ab ipso
quis vel ab aliquo a christo auctoritatē
habente ad talia erequenda foret depu-
tatus. Bene si quis diceret: volo mira-
cula facere: q; si christus fecit presum-
ptuosus censendus esset: nisi ab ipso se-
su xp̄o potestates hanc accepisset: sicut
apli de quibus dicit Mat. x. Conuocatis
iesus duodecim discipulis suis dedit il-
lis potestatem spirituum immundorū
vt eijcerent eos: & vt curarent oēm lan-
guorem & omnem infirmitatem. Simi-
liter non liceret alicui reuelare secreta
cordiū & futura cōtingentia que nesci-
ret: q; etsi xp̄us id egit sciebat illa. Nec
recte faceret si quis conficere vellet sa-
cramentum: q; xp̄s id egit: nisi ad hoc
ordinatus esset vel a xp̄o sicut apli: vel
ab alijs quos xp̄s designauit & deputa-
uit. Unde vt breuiter dicam xp̄s nō est
sequendus in operibus excellentie di-
gnitatis nisi put est tactum. Secūdi
actus in xp̄o respiciunt cōdescensionem
misericordie: vt nuptijs interesse: inter
hostes familiariter conuersari in domo
pbarisei Magdalene & Marthe Mat-
thei publicani: & Zachei publicanorū
pūcipis: comedere & bibere cibaria et
pocula cōia que sibi dabant: tunica in-
cōsuetam nō hispidam rudemq; defer-
re: & hōi: que oīs facere voluit non vt
sensualitati pareret: cuius in eo nulla
cōtradictio inueniebatur: nō vt voluptati
deseruiret: corpusq; suum nutrirēt in
delictis qui p nobis oibus pati vene-
rat: s; vt in talibus exēplis cōdescende-
ret imperfectis. Quā si oēs actus eius quā-
tum ad apparentiam extitissent pfecti
facile potuissent heretici asserere passis
& indistincte ad pfectionis opera oēs
teneri: sicq; damnassent coniugium: dā-
nassent civilem vitam: damnassent tem-
porales dignitates: damnassent artifi-
cum officia: damnassent possidentes
diuitias: damnassent deniq; omnes q̄

Perfectionis vitam non obseruarent. Verūtamēn aduertendū est q̄ h̄ actus perfectionis qui fuere in christo vidētur imperfecti quantū ad apparentiā erant tñ perfecti perfectiōis actus quantū ad existentiam: qm̄ sicut bonū dicitur tripliciter: et malū tripliciter: et perfectū tripliciter: ita et imperfectū dicitur tripliciter. Primo bonum dicitur tripliciter: q̄ est bonū ex genere: sicut actus transiens super debitam materiā vt ire ad ecclesiam: ieiunare: orare: et similia. Et bonū ex circūstantia: sicut actus circūstantiis debitis informatus: vt occidere hoīes: q̄ lex ita iubet. Est et bonum s̄m se: qd̄ nullo mō pōt fieri male: sicut diligere deū ex charitate. Secūdo malū dicitur tripliciter. Primo est aliquid malū ex genere vt actus transiens super materiā indebitam: vt occidere hoīem. Est et malū ex circūstantia: sicut dare elemosynā diuiti: pauperibus fame perire p̄missis: et ieiunare p̄pter inanes gloriā. Est etiā malum s̄m se: qd̄ nullo mō pōt fieri bene: sicut obedire deo: et de facto mortaliter peccare. Tertio perfectū dicitur tripliciter. Est enim quoddam perfectū ex genere: vt actus difficilis et excellentis: sicut oīa relinquere et religionē intrare. Est quoddam perfectum ex circūstantia sicut est actus debitis circūstantiis perfectionis informatus sicut fugere mortē nō ex infirmitate et timore: sed pro meliori bono siue quantū ad deū: siue quantū ad proximum. Est quoddam perfectū s̄m se: sicut inter blanditias et vana p̄missa: acerbitateq̄ penarū forti et leto aīo mortē subire p̄ xpo. Quarto imperfectū dicitur tripliciter. Est quoddam imperfectū ex genere: vt est actus facilis ad quē humana infirmitas cōsuetudinē inclinatur: vt possidere pecuniā habere vxorē s̄m suū statū: vt i vestibus delicatis et similia. Est quoddam imperfectū ex circūstantia sicut dimittere vestem illam violenter accipientem p̄pter fugam maioris iniurie. Est et quoddam imperfectum s̄m se: qd̄ nullo mō pōt stare cū

euangelica perfectiōe sicut fugere peritatem. Bonus ergo s̄m se nullo modo potest esse malum et e conuerso: neq̄ perfectus s̄m se potest esse imperfectus et e conuerso. Sed bene bonum ex genere pōt esse malum ex circūstantia: sicut si aliquis iret ad ecclesiam vel faceret elemosynam vt placeret hoībus et nō deo. Et malum ex genere pōt esse bonum ex circūstantia sicut si iudex maleficos iuxta legū sanctiones occideret. Ita etiā perfectum ex genere pōt esse imperfectum ex circūstantia: sicut intrare religionem causa alicuius commodi temporalis consequēdi. Imperfectum adhuc ex genere potest perfectum fieri ex circūstantia sicut facere aliquod opus ad debitum finem charitatis ordinatum: sicut declinare mortem non propter timorem: sed propter maius bonū et magis necessarium: quemadmodum Paulus fecit quādo euitauit etiam fugiēs furorē iudeorum: et a fratribus p̄ murum submissus fuit in spoita. Hoc modo christus benedictus omnia perfectis sine fecit et omnes actus illius in quibus apparet aliqua imperfectio perfectissimi erant ex circūstantia charitatis sue. Quo fit vt maioris perfectiōis fuerit in ipso cibus et potus q̄ in iohāne baptista illorum abstinentia maioris perfectionis in eo conuersatio cum hominibus q̄ solitudo iohannis in heremo: quoniam hec et similia proueniebāt ex fonte sue ardentissime charitatis. Nā sicut humanam assumendo naturā in nostris quidem factus est humilis: sed in proprijs remāsit excelsus: sic ex summe charitatis dignatiōe ad actus quosdam nre imbecillitati et imperfectioni p̄foras depūmitur et a summe perfectiōnis rectitudine non curatur: et ideo talia opera in ipso perfecta fuerunt: neq̄ acceptanda est sentētia falsa illoꝝ q̄ dicūt q̄ perfectio et imperfectio differūt sicut duo contraria: vt rectitudo et distortio iusticia et peccatus: gloria et ignominia:

Feria. II. in septuagesima

vita et mors. Sed bene verum est quod magis differunt sicut magis bonum et minus bonum: magis meritorium et minus meritorium: ideo nullo modo valet consequentia: virginitas est commendabilis: ergo matrimonium est vituperabile: virginitas est bona: ergo matrimonium est malum: quia hec duo non differunt sicut bonum et malum: sed sicut bonum et melius. Ideo Augustinus in libro de bono coniugali ait. Bonum erat quod Martha faciebat occupata circa ministerium sanctorum: sed melius quod Maria eius soror. Bonum Susanne in coniugali castitate laudamus: sed tamen ei bonum vidue anime: ac multo magis Marie virginis anteponimus. Bonum erat quod faciebant quod de substantia sua Christo et eius discipulis ministrabant: sed melius quod faciebant qui omnem substantiam dimiserunt ut Christum expeditius sequerentur. hec ille. Tertii acris in Christo respiciunt informationem vite perfecte: sicut virginitatem et paupertatem extremam servare et similia. In his operibus non tenemur Christum sequi: nisi vel in quantum volumus: sicut si voto nos astringeremus ad observantiam divinatorum consiliorum: vel in casu quo extrema necessitas extolleretur: vel si aliquis mortem parteretur: ut non negaret Christum: ideo mali iudices sunt qui ex operibus perfectionis in Christo aut sanctis eius consideratis: eos lacerant in quibus talia opera non relucunt. Si enim vident sacerdotem aut clericum vestes sibi convenientes ferentem: protinus susurrantes illum redarguunt et dicunt: non sic fecit Christus. Si vident prelatum sui sui gradus dignitatem honorata familiaria associatum: protinus asserunt: non fecit sicut Christus nec Petrus. Si vident religiosum apposita sibi cibaria: et quodammodo delicata: nec contra sue regule aut statutorum suorum prohibitionem comedentem seu vestimenta sibi concessa habentem aut equitantem interveniente legitima causa: statim clamant. Non sic

fecit Dominicus: non Benedictus: non denique ipse Franciscus. Reputant ex his malos et damnandos prelatos clericos religiosos temporales dominos ciues nobiles et artifices omnes qui non faciunt que Christus fecit et sancti. O rudes intellectus: o arida ingenia: o temerarium damnabileque iudicium quod divi Hieronymi verbis confunditur. Inquit enim ipse ad demetrium scribens. Prohibent mala: precipiuntur bona: conceduntur media: suadentque perfecta. In duobus primis omne peccatum concluditur: relinquitur quod non in nostra potestate: ut aut vitam concessis ac licitis: aut ob maius premium ea que nobis permissa sunt respiciamus. hec ille. Dicendum igitur quod tenemur sequi Christum in generali non in particulari. id est bene faciamus servantes mandata dei quod ipse docuit quoniam adolecentulo esse iterogati et dicenti Mar. x. Magister bone quod boni facta ut habeam vitam eternam. Respondit. Si vis ad vitam ingredi serva mandata. Mar. x. In quolibet statu volentes servare dei mandata poterunt obtinere vitam eternam. Hoc dico de regibus: hoc de principibus: hoc de militibus: hoc de mercatoribus: hoc de religiosis: hoc de secularibus: hoc de virginibus: hoc de coniugatis: hoc de omnibus denique mundi hominibus.

Quod semper homo debet benefacere etiam si sit extra charitatem et de utilitatibus bonorum que fiunt in peccato mortali.



Capitulum. iii.

Eritium considerandum circa regulam necessarium et qualitatem bonorum operum dicitur charitativa informatio. Solent enim quidam trepidare et in seipsis non confidentes: quia faciles se cognoscunt ad rudem in peccata: ne benefacendo laborem et tempus amittant. Pro quibus in hac ultima parte disputandum est. Eritium bona facta in mortali peccato sit alicuius valoris. Et argui posset quod non. Primo ex verbo Hieronimi in homel. Nec habet

aliquid viriditatis ramus boni opis si
 nō māserit in radice charitatis. Scdo
 qz apls ait. s. *Loz. xij. Si linguis ho-*
minū loquar et angeloz: charitatē autē
nō habēā factus sum velut es sonans
aut cymbalum tinnies. Et si habuero
pphetia: et nouerim mysteria oīaz oēm
scientia: et si habuero oēm fidem ita vt
mōres trāfferam: charitatē autē nō ha-
buerō nihil sum. Et si distribuero in ci-
bos pauperū oēs facultates meas: et si
tradidero corp⁹ meū ita vt ardeā: cha-
ritatē autē nō habuero nihil mihi pro-
dest. Et ad idē est rex. s. q. s. c. vide. et in
c. teneam⁹. et est tritus vsitātūq; dictū.
 Opa in pctō mortali facta ad nihilum
 esse pficua. Sed in oppositū est auto-
 ritas Aug. in li. de libe. arb. di. Nullū
 malū impunitū: et nullū bonū irremu-
 neratū. *¶* Pro hui⁹ dubij declaratione
 tria sunt vidēda. Primū qd diu dicit quis
 extra charitatē esse et in statu pcti. Se-
 cundū qd est bonū in charitate factuz
 esse meritorū vite eterne. Tertū an il-
 li q; sunt in statu pcti adhortādi sint vt
 bñ faciāt. Primū videndū qd diu dicat
 quis esse in statu pcti et extra charitatē.
 Et in hoc nō pauci solent grauitē er-
 rare tenētes q; post pctm mortale cō-
 missum vsq; ad pfessionē sequētē semp
 hō pctō sit extra charitatē. Sz ego di-
 co q; post peccatū mortale vsq; ad ptri-
 tionē sequētē homo est in statu pcti.
 ita q; si vn⁹ nunc peccet: et hinc ad vnā
 horā: vel ad vnā diē: vel ad vnū annū:
 vel ad plures nō pterat: qd diu nō con-
 terit semp est extra grām et charitatē:
 et bona p eū facta in pctō fieri dicunt.
 Si q; post mortale cōmissuz statim
 aut paululū post esset pstritus et a ptri-
 tione vsq; ad pfessionē sequētē vel vsq;
 ad aliqd aliud pctm mortale per eum
 nouitē perpetrātū bona aliqua face-
 ret: illa essent facta in charitate. Qua-
 liter autē p pstritionē anima iustificet:
 et quare confessio vltra illam sit neces-
 saria plenius dicetur in sequentibus.
Item videndū est qd est bonū in

charitate factum esse meritorū eterne
 vite. Et dico q; cum in beatitudine san-
 ctōz detur gradus: q; non oēs equali-
 ter illaz percipiūt quāto plura quis in
 charitate operatur bona tanto plures
 illius beatitudinis gradus meretur:
 vtputa si aliquis operat decē in bona
 charitate possibile est ipm in beatitu-
 dine sublimari ad equalitatē āgeloz.
 Si idē supadderet aliā decē bona: pos-
 set equari glorie archangeloz: et quāto
 magis in bono pficeret et bonis bona
 adderet: tanto altius conscenderet ad
 altiorē beatitudinis statū. De illo ergo
 qui in pctō mortali operat bonū: dico
 q; nihil meretur de pdigno quātuz ad
 meritū vite eterne. Unde posito q; ali-
 quis in statu peccati operat⁹ esset tot
 bona quot oēs sancti simul. si ad peni-
 tētiā rediens ppter illa moriatur in
 statu salutis: nihilominus ex operib⁹
 illis nullū gradū beatitudinis obtine-
 bit: alioz in statu peccati fecerit illa bo-
 na que fecerunt illi qui meruerunt esse
 cū angelis: aut illi qui meruerunt esse
 cū archangelis: aut illi qui meruerunt
 esse cū virtutibus: dñationibus: punci-
 patibus: potestatibus: thronis: cheru-
 bin: et seraphin: tamen propter illa ta-
 lis non merebitur esse etiaz in infimo
 angeloz loco et ordine. Et hoc mō bo-
 num in peccato mortali factuz dicitur
 nihil esse nihilq; pdesse. s. quoad me-
 ritum eterne vite. Tertū videnduz est
 an illi qui sunt in statu peccati morta-
 lis monendi sint et adhortandi vt bñ
 operentur et bñ faciāt. Et dico q; sic
 dūmodo operentur bono aīo et inten-
 tione honorādi deū: etiā ac eius eccle-
 sie obediēdi: q; talia bona semper vti-
 lia sunt sempq; fructuosa: nec patitur
 deus liberalissimus inanē esse labores
 quoz: cūq; operantiū bene. quinimmo
 vt pty in sermone pcedenti. c. ij. ipse est
 qui obstinatos et dueros sua gratia gra-
 tis data monet vt velint et operentur
 bonū. A deo est a deo o peccato: res ne-
 quissimū. Si q; vobis firmantib⁹ mētē

Seria. II. in septuagesima.

in aliquo vestro delicto: de quo emendari non vultis: veniat in corde ut faciat aliquod bonum: ut ieiunetis: ut oratis: ut visitetis ecclesias: vel elemosinas pauperibus erogetis: et similia. Audite vocem dei et facite quod immittit in animo vestro: non laborabitis etiam in peccato benefaciedo absque mercede. Et ut id darius videat omnibus assignabo novem utilitates que proveniunt ex bone facto in mortali peccato que ponuntur ab Alexander. de al. in. iij. volumine summe. q. lxxxv. mē. iij. ar. f. ij. et. iij.

Prima dicitur delectationis: secunda satisfactio: tertia diminutionis: quarta augmentationis: quinta liberationis: sexta dispositionis: septima continuationis: octava alleviationis: nona glorificationis.

¶ Prima utilitas que provenit ex bono facto in peccato mortali dicitur delectationis. Valerianus tale bonum ad delectationem et iocunditatem mentis. Dicitur philosophus ait in. iij. et b. Nullus est qui non gaudeat bonis operationibus. Et in. ij. rhetorice. Benefacere et bene pati delectabilissimum est secundum naturam. Et. ix. et b. Boni operatio studiosa delectabilis est secundum seipsum. Et Tullius in libro de senectute. Societas bene acriter vite multorumque benefactorum recordatio iocundissima est.

¶ Secunda utilitas proveniens ex bono quod fit in peccato mortali dicitur satisfactio. Per illud quod satisficit preceptis dei et ecclesie: et inobediencie peccatum vitatur. nam si quis in peccato mortali existens tenet officium divinum dicere: si illud omittit mortali peccat: si vero illud persolvit: satisficit peccato. Sicut etiam si laicus obligatus diebus festivis audire missas: licet in peccato mortali sit. si illam ex precepto omittat aliud peccatum mortale incurrit. si vero audiat: preceptum implet.

¶ Tertia utilitas dicitur diminutio. Valet bonum in peccato mortali factum ad diminutionem temporalis pene. Merentur siquidem peccatores quicquid non solum puniri eternaliter: sed temporaliter flagellari. Sed propter bona que faciunt: de temporalis pene mitigatur severitate. Quot putamus esse sodomitas: usurarios: et sacrilegos: homicidas: periuros: blasphemos: et sce-

leratissimos homines quos nisi servarent bona que faciunt: exterminaret terra potestissimus deus: sed eos suffert: eos tolerat: eisque que mala in presenti vita meretur suspendit. ideo quanto magis quis voluntatem suam sentit ad penam minus dispositam: tanto magis conari debet facere aliquod bonum: ut sic saltem vitare possit terribilia iudicia dei.

¶ Quarta utilitas dicitur augmentationis. Adauget siquidem deus his qui in peccato mortali aliqua sua precepta servare confidunt temporalia bona: quibus dat salubrem aerem: fertiles agros: armenta fecunda: vberes fructus: letam familiam: amicorum copiam: sanitatis letitiam: honorem excellentiam: et alia similia. Propterea dicit de peccatoribus omnibus illud Esaias. Si volueritis scilicet adhuc in peccato existentes benefacere et audieritis me bona terre comedetis. Quinta utilitas dicitur liberationis. Liberat profecto bonum a peccatoribus operatum a potestate diabolica: quanto enim quis magis abundat peccatis: tanto maiorem auctoritatem sumit diabolus propter eum. et secundum multitudinem peccatorum ita iusto dei iudicio permittit verare et molestare malos animam et corpus simul quicquid ledendo: sed cum inter tot peccata interfuerit aliquod opus bonum: piissimus deus restringit audaciam eius. Tamen magna est operis boni vis etiam in peccatoribus ut non solum diabolo resistere: sed etiam illum vincere valeat et expugnare. Est de hoc exemplum Gregorius in dial. li. iij. c. viij. de iudeo illo non baptizato qui nocturno tempore existens sub quodam antro tecto: et in heremo sito idolis prescrato: signo crucis tamen communitus demonibus oes qui ibidem generant terruit atque fugavit: cui demones ipsi propter signum crucis tantum nullam molestiam inferre potuerunt.

¶ Sexta utilitas dicitur dispositio. Valet adhuc bonum factum a peccatoribus ut magis dispositi sint ad suscipiendam gratiam dei vocantis et eos illustrantis ad penam. unde de eo qui non est paratus peccata dimittere Gregorius ait: de pe. di. v. i. c. falsas. Nec tamen desperet

et interim quicquid poterit boni facere hortamur ut faciat: ut omnipotens deus: illustret ad penitentiam. Dic Alexā. in. iij. volumine summe. q. lxx. mē. s. ar. iij. cōsulit his qui non sunt parati sua peccata relinquire ut semel in anno sū ecclēsie statūtū sacerdoti se representent: eiq; dicat ora p me ad deū pater: q; tale peccatū habeo quod dimittere nō pono. Et hoc inquit ipse possibile esset ut qui credebatur propositū malū mutare nō posse: tantā a deo assequat grām ut mutetur in alterū virū: et de nō p̄rito fiat p̄ritus. Sic et Rich. in. iij. dis. xx. ar. iij. q. s. cū querit an valeant exstentibus in mortali indulgētie sacre relaxationis quas facit ecclēsia. Rñ dicit q; quīs non possit fieri remissio pene manēte culpa: et ex consequenti existentes in mortali indulgētia non psequantur: tñ si faciunt illud quod cōtinetur in forma indulgētie pudēter faciūt: quia bona facta in mortali peccato peccatorē de congruo disponunt ad p̄nitiam: et illa mediāte ad susceptionē grē et remissionis peccatōū per diuinam m̄iam. Dec Rich. Et qd ipse doctissime loquitur marie egyptiace peccatricis exemplum roborat cōfirmat: que ex alexandria vbi. xvij. ānis libidini publice deservierat discessit ut iret hierosolymam cū his qui ibant ad adorandū crucem xp̄i: nō eo ppositovt a turpitudine sua desisteret: s; tñ ut modicū illud bonū ipsa cū alijs operaret. In itinere nauigādo nautis suū corpus pstituit: cum tandē hierosolymā aduenisset teraq; tēans ingredi templū et tanq̄ meretricis repulsam passa a dño tacta se conuertit ad lachrymas: peccatā deslere cepit: q̄ iam cognoscebat: illa abhorrebat: illa detestabatur: illa amplius non psequi cōfirmabat: clamabat ad dñm. Ad iserere mei: q; peccavi nimis. Clamabat ad virginē matrē. Succurre et tu mihi clemētissima genitrix dei. Ecce iam tertio ingredi volui ecclēsiā ut adorare crucē filij tui in qua pependit pro me

peccatrice vtili ut mereor eiecta sum. Succurre tu mihi o fons pietatis o misericordie speculū. Et audiuit vocē de celo dicentem sibi. Si trāsieris iordanē salua eris. Qua voce confortata iterū ad ecclēsiā accessit ac eā libere intrauit absq; p̄dictione: et cū lachrymis et cōpūctiōne cordis deosculata cruce: foras p̄dijt affuitq; illi p̄sona quedā venerabilis tot nūmos illi afferēs quot ad tres panes emēdos sufficere potuerat. Quibus empris trans iordanē p̄tijt. ibi. xvij. annos orōni p̄tēplationi et deuotioni insistēs: tres tñ illos panes consumpsit. Multiplicabant s; q; dē ex miraclo dei: ita q; toto illo tpe illam cibant. Ibi etiaz. xvij. alijs annis supuixit sine cibo et potu: grā dei et cibo celesti recreata. Ibi abbatē zosimas deserta p̄currētē spū p̄phetico nouit: noie pp̄rio eū vocauit: benedictionem ab eo petijt et vitā suā illi reuelauit postulauitq; ut sancto dñice resurrectionis die ad ripā iordanis sanctissimum sacramētū dñi ferret ibiq; illū expectaret. Distabat locus ille a iordanis flumine p̄ dietas. xxx. Recessit zosimas fecitq; q̄ maria hūiliter petierat et ipsa die pasche stās i ripa iordanis vidit eā venientē et facto crucis signo sup aquā siccis pedibus ambulante. Et cū peruenisset ad eū reuerēdissime cōione suscepta p eandē viā redijt ad locū vnde recesserat. Eadez eū die p angelos deportata fuit p oē spaciū illud quo distabat locus ad quez redijt a iordane. Sequēti dō anno ad locū illū zosimas peruenit viditq; in terra mariā iacētē corpusq; eū exanime: ad caput dō scripturā quādā dicētē: Sepeli zosima marie corpusculuz q̄ die pasche qua ad te sacm venerabile suscepit migravit ad dñm: intellexitq; q; nō nisi angeli portauerant eā qñ per. xxx. dietas vna die iter perfecit. Et cum de sepultura eius sollicitus zosimas cogitaret: nec haberet modum effodiendi terram vidit leonem ferocissimum ad se gradientem

Feria. III. in septuagesima.

qui fortiter cepit fodere sepultureque locum cōuenientissime preparauit in qua recōdito corpore sancti leo viā suam tenuit et somnas ad suam cellā rediit in dño consolatus. **O** admirabilis bonitas patris nostri dei qui nō respicit peccata hominū cū redeit ad penitentiam: non negligit etiā peccatores ad penitentiam illustrare si et ipsi bonis operibus se adiutare voluerint. **¶** Septima utilitas dicitur cōtinuatio. Valer bonū in mortali peccato factū ad cōtinuandū et perseuerandū in bona vita. Facilius em̄ pōt perseuerare in bono q̄ benefacere cōsuevit q̄ qui benefacere nūq̄ didicit sicut diffusius dixi in tractatu de virtutibus sermone. s. c. ij. **H**inc sapiēs Eccl. xij. ait. Non est ei bene qui assiduus est in malis. **¶** Octava utilitas dicitur alleviatio. Postea em̄ q̄ q̄s in peccō mortali faciē bonū ppter suā impenitentiam esset dānatus virtute illius boni penā fortius sustineret: leuiorq̄ ei fieret. **¶** An Augu. in Enchi. ait. Tale bonum facit vt tolerabilior fiat damnatio. **¶** Nona utilitas dicitur gloriificatio. Nam si peccator per penitentiam moriatur in statu salutis et per illū obtineat vnū gradū beatitudinis: in eo gradu erit cum ampliori gaudio accidētali ppter bonum qd̄ in peccō mortali fecit q̄ si illud omisisset. Animetur ergo oēs et iusti et peccatores ad bona opera ppter que piissimus deus prouocat et ipse etiā peccatores equanimiter ferre eisq̄ sua beneficia innumera impartiri largiens hic gratiā et in futuro gloriā in qua viuit et regnat per infinita secula seculorum. Amen.

¶ Feria. iij. post dominicā in. lxx. de his q̄ mouere habēt penitentes ad obediētiā deo: et q̄liter oēs hoīes studere debēt ad seruādū pcepta altissimi. Ser. iij.



Alti sunt vocati: pauci s̄o electi. Itesum vbi. s̄. Data est ab omnipotenti deo suo digno cōscripta lex māda

totū ad que obseruāda oēs hoīes cōuocauit: sed paucissimi reperiunt q̄ vt decet tam excelso et gloriosissimo dño obedire velint: nec recte excusare se possunt diuinorum pceptoz transgressores: quos oēs voces scripturarū excitant et inuitant ad obediētiā dei. Et quia vt premissus est in sermone precedēt: merces eterne vite non datur nisi seruantibus dei mādata: iccirco in hoc sermone de his que merito inducūt nos ad ferendum iugū obediētie diuine ero dicturus: vt sicut qui ad penitentiam redire se disponūt magis animetur ad erequēda opera bonayt esse valeāt de numero illorum paucorum qui electi erunt. **N**otabimus ergo tria esse illa que nos ad dei obediētiā precipue et principali ter debent animare.

Primum est legis excellentia.

Secundum dei reuerentia.

Tertium obediētie efficaciam.

¶ De excellentia moysaice legis: et quare non seruatur a nobis nisi quoad pcepta moralia. **Capitulū. s̄.**

¶ **Q**uoniam qd̄ nos aīare et inducere d̄ ad obediētiā dei d̄ legis excellentia. **M**andatur quidē nobis et iniungit seruare legē excellentissimā cōtinētē pcepta virtutum: vt dicit Alex. de ales. in ij. volumine summe. Sed pro clariori intelligentia huius partis tria crūt dubia declaranda.

¶ Primum vtrum lex diuinorum pceptorum sit a bono deo data.

¶ Secundū vtrum lex moysi sit a nobis conuenienter obseruata.

¶ Tertium vtrum in pceptis decalogi sit regula salutis sufficienter assignata.

¶ Primum dubiū declarādū vtrum lex diuinorum pceptorum sit a bono deo data: q̄ lex illa est ea quā moyses dur populū hebreoz tulit et pmulgauit. Et statim offerūt se heretici asserētes illā legē esse non a deo: sed a p̄ncipe tenebrarū. Et arguebāt s̄m q̄ Aug. dicit in li. contra aduersariū legis et pphetarum dicētes: